ORĂȘTIE / BROOS / SZÁSZVÁROS

1. *1572: princely privilege (Stephen Báthory),*

Keywords: *town council of 12 members* (iurati)*, outer council of 40 members* (senatores)*, equal numbers of Saxons and Hungarians, election*, *common good*

Stephanus Bathory de Somlijo waijuoda Transsilvanus et Siculorum comes etc. Prudentibus et circumspectis iudici regio, iuratis et universis civibus ac inhabitatoribus oppidi Zazwaras salutem et favorem. Relatum est ad nos quod in eodem oppido equali numero Saxones cum Hungaris in ordinem iuratorum et senatorum minime deligeretis, in derogamen et damnum libertatis eorundem Saxonum manifestum. Unde requisiti sumus pro parte et in personis eorundem humilime, ut nox Saxones cum Hungaris in ipso oppido residentibus in ordinem iuratorum duodecim ac quadraginta senatorum equali ac pari numero deligi facere dignaremus. Nos itaque volentes ipsos Saxones sicuti aliosquoque subditos nostros in suis iuribus et consuetudinibus illisos conservari ac certum ordine ad tranquilitatem et bonum commune eorundem constituere, hortamur vos et nihilominus authoritate nostra qua fungimur serio commitimus, ut a modo in posterum totidem Saxones in ordinem duodecim iuratorum et quadraginta senatorum eligere quot Hungari ipsi in medium vestri, pro iuratis et senatoribus delecti fuerint medis omnibus debeatis et teneamini, secus non facturi, praesentibus perlecti exhibenti restitutis. Datum in civitate Segeswar, decima quinta die mensis ianuarii anno Domini millesimo quinquagentesimo septuagesimo secundo. Stephanus Bathorij de Somlijo propria. Franciscus Forgach cancellarius propria.



SJAN Sibiu, Documente medievale, U IV 1012